



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs
missis**

Venetijs, 27. Okt. 1501

Sabbato quattuor temporu[m]. Statio ad s[ancta]m petru[m] Jntroit[us]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

Sabbato

xit. Benedicta tu inter mulie-
res et benedictus fructus ven-
tris tui. Et vnde hoc mihi: ut
veniat mater domini mei ad me?
Ecce enim ut facta est vox salu-
tationis tue in auribus meis
exultavit in gaudio infans in
vtero meo. Et beata que cre-
didisti quoniam proficient ea que
dicta sunt tibi a domino. Et ait ma-
ria. Magnificat anima mea
dominum. Et exultavit spiri-
tus meus in deo salutari meo.

Offerto. Deus tu convertens vi-
uificabis nos et plebs tua leta-
bitur in te: ostende nobis domine
misericordiam tuam et salutare

Munus da nobis. **Secreta.**
Univerbis nostris que do-
mine precibusque susceptis et ce-
lestibus nos munda mysterijs et
clementer exaudi. **Per. Latio.**

Ecce dominus veniet et omnes sancti
eius cum eo: et erit in die illa lux

Tu nos. **Postea magna.**
Domine sacramenti libatio
sancta restauret: et a vetustate
purgatos in mysterijs saluta-
ris faciat transire personam.

Sabbato quattuor temporum.
Statio ad sanctum petrum Introitus.

Veni et ostende nobis
faciem tuam domine qui
sedes super cherubim
et salvi erimus. **Ps.**

Qui regis israel intende qui de-

ducis velut onus ioseph. **8. Glo-**
ria. Oremus. Flectamus ge-
nua. **Leuate. Oratio.**

Deus qui conspicias quia
ex nostra pravitate affligimur:
concede propitius: ut ex tua vi-
sitatione consolemur. **Qui vi-**

Lectio esaię pphete. xix. cap.

In diebus illis: Clama-
bunt ad dominum a facie tri-
bulantis: et mittet eis saluato-
rem et propugnatorem qui liberet
eos. Et cognoscent dominum ab
egypto: et cognoscent egyptij
dominum in die illa et colent
eum in hostijs et muneribus
et vota vouebunt domino et soluent
Et percussit dominus egyptum pla-
ga: et sanabit eos: et reuertentur
ad dominum et placabitur
eis. Et sanabit eos dominus deus
noster. **Gradu.** A summo celo

egressio eius: et occursum eius usque
ad summum eius. **Ps.** Celi enar-
rant gloriam dei et opera manu-
um eius annunciant firmamentum.

Oremus. Flectamus genua

Quoniam opus deus ut qui sub
peccati iugo ex vetusta serui-
tute deprimimur: expectata
unigeniti filij tui noua natiui-
tate liberemur. **Per eundem.**

Lectio esaię pphete. xxxv. ca.

Hec dicit dominus deus: Te-
tabitur deserta et inula

et exultabit solitudo et flore-
bit quasi liliū. Germinans
germinabit et exultabit leta-
bunda et laudans. Gloria li-
bani data est ei: decor carme-
li et saron. Ipsi videbunt glo-
riam dñi et decorē dei nostri.
Confortate manus dissolutas
et genua debilia roborate. Vi-
cite pusillanimes confortami-
ni et nolite timere. Ecce deus
noster ultionem adducet re-
tributionis: deus ipse veniet
et saluabit nos. Tunc aperi-
entur oculi cecorum: et aures sur-
dorum patebunt. Tunc saliet
sicut ceruus claudus: et aper-
ta erit lingua mutorum. Quia
scisse sunt in deserto aqua et tor-
rentes in solitudine. Et que
erat arida in stagnū: et sitiens
in fontes aquarū. Sit dominus
omnipotens. **Grad.** In sole posu-
it tabernaculus suum et ipse tan-
quam sponsus procedens de thala-
mo suo. **V.** A summo celo egres-
so eius et occursum eius usque ad
summum eius. **Oremus.** Fle-
ctamus genua. **Leuate. Dio.**
Indignos nos quos actio-
nis proprie culpa contristat vni-
geniti filij tui aduentu letifica.
Per. Lcō esaię pphę. xl. ca.
Hec dicit dominus deus: Su-
per motē excelsū ascē-

de tu qui euāgelizas syō. Ex-
alta in fortitudine vocē tuam
quod euāgelizas hierusalem. Ex-
alta noli timere: dic civitati-
bus iude. Ecce deus vester.
Ecce dominus deus in forti-
tudine veniet: et brachiū eius
dominabitur. Ecce merces eius
cum eo: et opus illius coram
ipso. Sicut pastor gregē suū
pascet: et in brachio suo con-
gregabit agnos: et in sinu suo
leuabit eos dominus deus noster.

Grad. Domine deus virtutum
conuerte nos: et ostende faciem
tuam et salui erimus. **V.** Excita
domine potentiam tuam et veni:
ut saluos facias nos. **Oremus**
Flectamus genua. **Leuate.**
Presta quod opus **Oratio.**
deus ut filij tui ventura
solennitas: et presentis nobis
vite remedia proferat et premia
eterna concedat. **Per eūde.**
Lectio esaię pphę. xlv. ca.

Hec dicit dominus deus chri-
sto meo cyro: cuius ap-
prehendi dexterā ut subijciā
ante faciem eius gētes: et dor-
sa regum vertā. Et aperiam
coram eo ianuas: et porte non
claudentur. Ego ante te ibo
et gloriosos terre humiliabo: por-
tas ereas cōterā: et vectes fer-
reos cōfringam. Et dabo tibi
thesauros absconditos: et ar-

chana secretorū reuelabo: vt scias quia ego dominus: qui voco nomē tuum deus israel propter seruū meum: et israel electū meū. Et vocaui te nomine tuo: assimilauī te et nō cognouisti me. Ego dominus et non est amplius: extra me non est deus. Accinxi te et nō cognouisti me. Ut sciant hī qui ab ortu solis et qui ab occidente quoniam absq; me nō est deus. Ego dominus: et nō est alter: formās lucem et creans tenebras: faciens pacem et creans malum. Ego dominus faciens omnia hec. Rosa te celi desuper et nubes pluāt iustum. Aperiat terra et germinet saluatorem. Et iusticia oriatur simul. Ego dominus creauī eum. *Grad.* Excita domine potentiam tuam et veni vt saluos facias nos. *V.* Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph: qui sedes super cherubin appare coraz ephraym beniamin et manasse. *Orem.* Flectamus genua. *Leuate.* **P**reces populi *Oratio.* **P**tui q̄s dñe clemēter exaudi: vt qui iuste pro peccatis nr̄is affligimur: pietatis tue visitatione consolemur. Qui viuus et regnas. *Lectio dante lio prophete tertio capitulo.*

In diebus illis: Angelus domini descendit euz a zaria et socijs eius in fornacem: et excussit flāmaz ignis de fornace: et fecit mediū fornacis quasi vētum rois flātem. Flāma autē diffusa est super fornacē cubitū quadraginta nouē: et icēdit quos repperit iuxta fornacē de caldeis ministros regis qui eam incēdebāt. Illos autem nō tetigit omnino ignis: neq; contristauit: nec quēq; molestie intulit. Tūc hī tres quasi ex vno ore laudabāt et glorificabāt et benedicebāt deum in fornace dicētes.

Benedictus es do *Hym.* **B**mine de? patrū nostrorū *R.* Et laudabilis et gloriosus in secula. *V.* Et benedictum nomē glorie tue quod est sanctum. *R.* Et laudabile et gloriosum in secula. *V.* Benedictus es in templo sancto glorie tue. *R.* Et laudabilis et. *V.* Benedictus es super thronum sanctus regni tui. *R.* Et laudabilis. *V.* Benedictus es sup sceptrū diuinitatū tue. *R.* Et laudabilis. *V.* Benedictus es qui sedes super cherubin intuens abyssos. *R.* Et laudabilis. *V.* Benedictus es qui ambulās super pennas ventorum et super vndas maris. *R.* Et laudabilis. *V.* Benedicant te omnes ange-

li et sancti tui. **R.** Et laudent te et glorificent in secula. **V.** Benedicant te celi terra mare: et omnia que in eis sunt. **R.** Et laudent te et glorificent in secula. **V.** Gloria patri et filio et spiritui sancto. **R.** Et laudabili et glorioso in secula.

V. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.

R. Et laudabili et glorioso in secula.

Reincipitur. **V.** Benedictus es domine deus patrum nostrorum. **R.** Et laudabilis et gloriosus in secula.

Hic dicitur. **V.** Dominus vobiscum sine flectamus genua. **Oratio.**

Deus qui tribus pueris cecede propiti: ut nos famulos tuos non exurat flammam vitiorum. **Ver.** **Epistola ad thessalonicenses. ij. capitulo.**

Ratres: Rogamus vos per adventum domini nostri iesu christi et nostre congregationis in ipsum: ut non cito moveamini a vestro sensu: neque terreamini: neque per spiritum neque per sermonem: neque per epistolam tamquam per nos missam quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat villo modo. Quoniam nisi venerit dissensio primum: et revelatus fuerit homo peccati: filius perditionis qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur deus:

aut quod colitur: ita ut in templo dei sedeat ostendens se tanquam sit deus. Non retineris quod cum adhuc esset apud vos: hec dicebas vobis: Et nunc quid detineat scitis ut reveletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis tantum ut qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus quem dominus iesus interficiet spiritu oris sui: et destruet et illustratione adventus sui.

Tractus. Qui regis israel intende qui deducis velut ovem ioseph. **V.** Qui sedes super cherubim appare coram ephraim beniamin et manasse. **V.** Excita domine potentiam tuam et veni ut salvos facias nos. **Secundum lucam.**

Anno quinquagesimo tertio capitulo: **A**ndecimo imperii tyberii cesaris: procurate pottio pilato iudea: tetrarcha autem galilee herode: philippo autem fratre eius tetrarcha ituree: et traco-nitidis regionis et lisania abiline tetrarcha: sub principibus sacerdotum anna et caypha: factum est verbum domini super iohannem zacharie filium in deserto. Et venit in omnem regionem iordanis predicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum sicut scriptum est in libro sermonum esaię p.

phete. Vox clamantis in deserto: parate viam dñi: rectas facite semitas eius. Dis valis implebitur et omnis mons et collis humiliabitur et erunt praua in directa: et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei. **Offer.** Exulta satis filia syon predica filia hierusalem: ecce rex tuus veniet tibi sanctus et saluator. **Secreta.**

Sacrificijs presentibus q̄s dñe placatus intēde: vt et deuotioni nostre pficiant et saluti. **Ver. Cōio.** Exultauit vt gigas ad currendam viam a summo celo egressio eius et occursum eius vsq; ad summum ei⁹. **Post.**

Quesum⁹ domine **cōio.** deus noster vt sacrosancta mysteria q̄ pro reparatione nostre munimine ptulisti et presens nobis remediū esse facias et futurū. **Ver. Cōio.** **ca q̄rta de aduētu Statio ad factos duodecim apostolos.**

Rorate **Introitus.** celi desuper et nubes pluāt iustus aperiat terra et germinet saluatorem. **ps.** Et iniusticia oriatur simul ego domin⁹ creauī eū. **V.**

Accita q̄s **Dio.** Gloria. dñe potentiā tuam et veni: et magna nobis virtute succurre: vt p̄ auxiliū gratie tue

q̄d nostra peccata prepediūt indulgentia tue ppitiationis acceleret. Qui vi. **Epistola ad corinthios. j. capitulo. iij.**

Ratres: Sic nos existimet homovt ministros christi et dispensatores ministerioꝝ dei. Nunc iam queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Adhuc autē pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die: sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autē iudicat me dñs est. Itaq; nolite ante tempus iudicare: quo ad vsq; vēiat dñs qui et illuminabit abscondita tenebrarū: et manifestabit consilia cordiū. Et tunc laus erit vnicuiq; a deo. **Grad.** Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus qui inuocant eum in veritate. **V.** Laudes domini loquetur os meum: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius. **Alla. V.** Veni domine et noli tardare relaxa facinorā plebi tue israel. **Euangelium.** Anno quintodecimo. **fol. 6.** **Offerto.** Ave maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. **Secreta** **S**acrificijs presentibus